

Alte Drucke

**M. TVLLII CICE-||RONIS OFFICIORVM LIBRI || III. Opera &
diligentia Vuolffgangi Ane-||mœcij ex uetustissimo codice,
plusquàm in cen-||tum locis ...**

Cicero, Marcus Tullius

Coloniæ, 1537/1538

VD16 C 3185

Quid Conferat Lectio Librorum de Officiis Philippi Melanchthonis

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150013

• Q V I D C O N F E

R A T L E C T I O L I B R O R V M

de Officijs Philippi Me-
lanchthonis.

Quemadmodum uetant in exercendo sterili
solo aut sumptus facere, aut sumere laborē,
ita lectoris scriptorem aliquem, in primis ui-
dendum est, quid doceat, & quam inde accessionem ad
studia nostra facere possimus: Porro uix pauci in rele-
gēdis scriptoribus secum ipsi deliberant, ecquid opere
precium facturi sint. Et bona pars discētiū in uni-
uersum nescit ad quem scopum studia omnia dirigen-
da sint. Proinde initio huius libelli & argumentū ope-
ris indicandum est, & quid cōferat studijs nostris. Ea
demum est solida eruditio, de rebus moribusq; recte
iudicare posse. Deinde, quæ animo comprehenderis,
perspicere & commodè explicare atque eloqui. Re-
rum cognitio ad iudicandum & ad parādā prudenti-
am est necessaria. Magna in primis optimorum uer-
borum copia requiritur ad dicendum: uoco autem re-
rum scientiam, Physiologiam, Mathemata, præcepta
de ciuilibus moribus. Nam de religione hic nihil dici-
mus. Estq; ad communem uitam in primis utile, ea te-
nere, quæ de moribus, deq; ciuili uitæ cōsuetudine tra-
dita sunt. Beluam dicas, non hominem, quisquis non
est excultus hoc doctrine genere, & ad humanitatem
& ciuilia officia adsuefactus. Nam uirtutis incunabu-
la atque rudimenta sunt, hæ literæ, quibus ad hone-
statem teneri animi aluntur, & incitantur. Porro nō
alius extat libellus de moribus absolutior Officijs Ci-
ceronis. Diligentissime enim præcepit de omnibus ui-
tæ partibus, quid deceat quamlibet ætatem. Accedit
hoc etiam, quod iusto ordine formas uirtutū propo-
suit, ut extarent ob oculos lectoribus, tanquam regu-
læ omnium consiliorum & factorum. Fecit enim qua-
tuor uirtutis membra, prudentiam, iustitiam, fortitu-
dinem, modestiam. Quæ tanquam locos communes
pro

proponant sibi adoleſcētes, ut eò referant omnia de
 moribus consilia, & quos iudicaturi, quid deceat, ceu
 Theſeum filium sequantur. Nam ut Zeuſis, cum Hele-
 nam Crotoniatis pingeret, inſuſam habebat in ani-
 mo pulcherrimam quandam mulieris ſpeciem, ſeu ut
 Græci dicunt, *idoliæ* collectam ex optimis exemplis:
 ita iudicatuſ de moribus, oportet animo tenere tã
 quam formas quaſdam, uirtutum deſcriptiones, quas
 conſulant, quas intueantur, in quas deſigant oculos,
 quoties de honeſtate deliberant, neque ego hic de reli-
 gione dico, quæ ex ſacris libris petenda eſt. Ciuilis ui-
 tæ conſuetudo à Cicerone deſcribitur, cum qua reli-
 gio nihil pugnat. Scripſit de Officijs etiam Diuus Am-
 broſius, credo ut pueris inculcaret religionē, de qua
 uidebat in Ciceronianis nihil præcipi. Verum ego re-
 ligionem ex diuinis literis cenſeo hauriendam eſſe. De
 ciuilibus moribus malim audire Ciceronem, qui ma-
 ximis rebus geſtiſ, uerſatus in republica, principe or-
 bis terrarum, uſu pleraq; comperit, pleraq; ex Græco-
 rum ſcriptis, qui maximas ciuitates gubernarunt, uer-
 tit. Habes itaque quid hic libellus ad iudicandum cõ-
 ferat. Eſt enim uel prima prudentiæ pars, tenere præ-
 cepta de moribus. Eſt autē Cicero res partitiſ, in ho-
 neſta & utilia. Honeſtatis partes in primo libro tra-
 ctat, ubi primiſ uirtutes deſinit dialectica quadã con-
 ſuetudine. Deinde congerit multa præcepta de
 moribus uelut in acruum. In ſecundo li-
 bro res omnes enumerat, quas na-
 tura ad utilitatem, ſeu uſum
 hominum condidit, do-
 cetq; quē ex quã
 que re uſum,
 perci-
 pe
 re debeamus. In tertio conſert
 cum honeſtate uti-
 litatem.

(*)

A

4

QVID

*Religio quæ
 uirtutem
 inſuſam
 reliquit*

8 ARG. PHILIP. MELANCH.
QVID AD DICENDVM

conferat libellus de OF-
FICIIS.

PRæterquam quòd, ut cætera Ciceronis omnia,
magnum numerum leſtiſſimorum uerborum,
& figurarũ ſuppeditabit hic libellus, ideo etiam
ad dicendum plus aliquanto, quàm pleraq; alia ſcri-
pta confert, quia locorum aliquot communium fore
mulas, & propemodũ ſimulacra continet. Porro cum
hi loci uirtutum ac uitiorum regulæ ſint, ad quas ho-
minum mores & facta exigimus in iudicando, oratio
etiam omnis referri ad eos debet, inde argumẽta, am-
plificationesq; petantur, ut ſi quis in ingratum dicat,
multa illi non de perſona tantum, ſed de ipſo uitii ge-
nere erunt dicenda, eritq; danda opera, ut intelligat
auditores, quanta ſit in eo uitio turpitudò. Verum id
nemo præſtare poterit, niſi locorum illorum formu-
las bene meditatatas habeat & exempla ueterum teneat,
unde uerba, ſententias & ornamenta mutuetur.
Erit itaq; hic libellus, uelut penu & ſicut, inquit Thu-
cydides, κτῆμα, unde depromant orationem ſtudioſi,
de quacunq; re dicẽdum fuerit, hinc argumenta, hinc
ſententias, hinc figuras, hinc apta uerba excerpant. M.
Cicero magnum inſtrumentum eloquẽtiæ id eſſe pu-
tauit, habere locos in numero paratos atq; expedi-
tos, in quibus procudendis, multum profecto Cicero-
nis exemplis adiuuabimur. Quæ enim poteſt de dolo
malo, de quæ æquitate uberior, grauiorue diſputatio
excogitari quàm illa, ea de re in tertio Officiorum,
qua ad innumerabiles cauſas, cœu Delphico gladio
uti poſſis. Plurimum etiam ad dicendum conducunt
narratiunculæ, quæ ſunt in hoc opere, & multæ & ua-
riæ. Quondam in Rhetorica progymnaſmata erant
Λογικῆταια, ſic enim uocarunt, in quo genere qui ſe
uolent exercere, magnam hic exemplorũ copiam in-
uenient. Et cum nihil ſit difficilius quàm cõmode nar-
rare, non eſt alia exercitatio fructuoſior quàm hæc.
Quanta deum immortalẽ elegantia, quãtus lepos,
eſt in

ARG. PHILIP. MELANCH.

est in narratione gestorū Arati Sicyonij, in secundo libro. Non minorē laudem meret Gygis historia, uersa ex Platone in libro tertio. Similes alix multæ sunt in hoc cōmentariolo, quas sibi ad imitandum proponant, quicunq; tolerabiliter dicēdi studio tenent. Ea q; exercitatio non tantū augebit uerhorū suppellectilē, sed quæ mihi in dicendo penē max̃a uirtus uidet, bene disponēdi scientiā. Nam indocti non tantū adterinæ monere uerbis orationē obscurant, sed ita etiā cōfundunt ac miscent oīa, ut intelligi prorsus nequeat. Scholia alicubi breuissima adscriptim⁹, quæ indicarent lectori orationis ordinē & dispositionem, quam qui deprenderint, facile sententiā scripti adsequetur. Nam de consilio authoris pronūciare aut iudicare nemo potest, nisi serie orationis animaduersa.

Vbi sententiā collegeris, hinc immorādum erit in singulis membris orationis, uidendumq; quo genere uerborū, quibus schematis orationis usus sit Cicero. Estq; cum illius oratione certandū, & nostris uerbis exponendū argumentum, ita fiet, ut & sententiā propius adspicias, & clarius adpareāt lumina Ciceronianæ orationis, ubi cum tua παραφράς cōtuleris. Interea & uerba, & sententiæ authoris obiter firmius adhaerescant animo. Sed faciamus in exordio periculū. Initio proponit, Latine se de philosophia ad filium scribere, qd̃ totidem uerbis dici poterat, uerum est addita Occupatio, cur in tanta copia Græcorū scriptorum, ipse Latine scribat, n̄sdem de rebus, quas Græci copiosissime splendidissimeq; tractauerunt. Et facta præceptoris mētio, & urbis, & ut in Distributione, sua cuiq; subiecta ratio. Estq; περιόριστος cum occupatione coniuncta propositio. Quāq; extent de moribus sapientissimis scripta multa à Græcis & cum Cratippus doctrina, tum Athenę ipsæ exemplis te erudire queant, tamen quia meus mos est Latina cum Græcis coniungere, uolebā Latine ad te philosophica quædā scribere. Ad eundē modū, in omnibus partibus orationis Ciceronianæ, sententiæ earumq; figurę excutiendę sunt.